

DE  
ORTV ET PRAECIPVIS MUTATIONIBVS  
SENIORATVS IN SERENISSIMA DVCVM  
SAXONIAE GENTE ERNESTINA VSITATI  
DISSERIT  
ATQVE AD  
SOLEMNIA  
MAGISTRORVM

PHILOSOPHIAE ET BONARVM ARTIVM

DIE XXII FEBR. C1313CCLXXVI.

CREANDORVM INAUGVRANDORVMQVE  
IN AVDITORIO PHILOSOPHICO

CELEBRANDA

HVMANISSIME INVITAT

ORDINIS PHILOSOPHICI

PRO-DECANVS

HENRICVS GOTTLIEB FRANCKE

1776  
Hist. Saxon.

E.

137,2

H. Sax. Prov. C. 140. 3.

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



## PROEMIUM



A primaeva equidem academiarum, praesertim in Sa-  
cro Romano Imperio, origine ad nostra usque  
tempora ferie non interrupta, observata fuit con-  
suetudo, laudanda omnino, ob egregium quem  
praestat usum, omnes nimirum solennes graduum acade-  
micorum collationes, praemissa commentatiuncula quadam,  
publice indicendi. Ast, in praesenti inprimis aevo, per-  
quam difficile omnino videtur inuenire argumentum,  
quod auribus saeculi placeat, simulque sit non vulgare ac  
utile, ne graues pati auctor teneatur animaduersiones hodierno-  
rum criticorum et nouellarum eruditarum scriptorum.  
De his quidem mihi non videtur in praesenti curandum;  
spero enim quid quod confido, non facile fore, ut vni  
alteriue illorum innotescat haec mea prolusio, qua quidem  
indicenda mihi iterum veniunt, vi officii, quo in prae-  
senti fungor, publica inaugurandorum, nouorum philo-  
sophiae doctorum liberaliumque artium magistrorum so-  
lemnia. Quaerenti autem huius scriptionis, quam necessi-  
tas edere iubet, argumentum aptum simulque utile  
nec ab ipsis nostri aeui rationibus adeo remotum;  
in mentem tandem venit: *de ortu et praecipuis mutationibus  
senioratus eique adiuncti ususfructus praefecturae Oldisleben in Se-  
renissima Ducum Saxoniae gente Ernestina vstiti, quaedam  
praefari. Ansam mihi praebuit, quae, defuncto diuo FRI-  
DERICO III. Duce Saxo - Altenburgensi et Gothano, die, X  
Mensis Martii cIōIōcclxxii Serenissimae gentis suae se-  
niore, mota fuit quaestio: An princeps apanagiatus, ut vulgo  
dici solet, hoc officio fungi et modo citatam praefecturam Oldisleben  
iure possidere valeat nec ne?* Hinc non prorsus incogruum  
iudica-

iudicavi, huius senioratus praecipuas mutationes in praesenti recensere. Animus autem est, historici tantum fungi officio fidelis et sinceri. Argumenta contra, quae pro et contra principem apanagiatum militare videntur, exponere, arcti factis huius disquisitionis limites prohibent, et insuper de controuersis principum, viuentium imprimis, difficilius est iudicare, sicuti et praecipuas saltem huius senioratus mutationes easque, non nisi summatim enarrare, huius programmatum ratio postulat.

## §. I.

*Origo et primaeva constitutio senioratus Saxo Ernestini*

Plures sane Sacri Romani Imperii ordines, in familiis suis, ad exercenda quae in communione manserunt, iura, diuerso tamen modo, senioratum, per pacta specialia, introducere v. g. domus Brunsvicensis, Anhaltina &c. ita vt generalem naturae ac indolis ipsius dare descriptionem, vel de vna ad alteram gentem concludere, haud liceat. Inter Serenissimas autem Illustrissimasque imperii nostri gentes, quibus senioratus placuit, non postremum occupant locum Serenissimi duces Saxoniae, ex Ernesti progenie. Ne autem et hic quaedam verborum exoriatur ambiguitas, aut obscuritas in limine statim huius commentatiunculae monendum censeo, mihi hic solum fore sermonem, de *Senioratu vniuersali* totius Serenissimae gentis *ducum Saxoniae Ernestinae*. Per pacta enim, in vna quaque Serenissima huius familiae linea, speciali, quaedam introductae sunt senioratus species, quae tamen pro potiori parte, iterum exspirarunt. Ita olim imprimis in Serenissima domo *Vinariensi* inclaruit senioratus, controuersis desuper obortis, prout testatur *Gnaedigst anbefohlene Beantwortung der Frage was es in den ieztigen Fürstenthum Sachsen Weimar mit Führung der Landes Regierung vor eine eigentliche Bewandniss, nach den pactis domus habe, und ob davon der iüngere Herr ausgeschlossen seyn solle?*

in

in LÜNNIGS *Grundfeste Europaeischer Potentzen Gerechtsame*  
 Tom. II. pag. 122. No. XIII. Quod igitur ad senioratus  
 vniuersalis Serenissimae domus Ernestinae attinet ortum; pri-  
 mam suam accepit formam, per pactum XIX. *Mensis Mart.*  
 clolcccxxix inter fratres tunc viuentes *Duces Saxoniae lineae*  
*Vinariensis*, initum. Memorat hanc conuentionem *Johan-*  
*nes Sebast. MÜLLER*: prae caeteris, in *Annal. Saxon.*  
 ad an. clolcccxxix p. 336. Extractum vero, vt vocant, ex  
 illo exhibet, satis accuratum eius filius, *Johan.*  
*Joach MÜLLER*: in vtilissimo sed, quantum constat, non-  
 dum typis impresso, opere, cui titulus: *Auszug derer in dem*  
*Fürstl. Hause Sachsen Ernestinischer Linie von 1481 bis 1697.*  
*errichteten Reccessen und Verträge aus denen in dem Fürstl. Archi-*  
*ue zu Weimar befindlichen Urkunden, ex quo saltem, quae se-*  
*nioratum tangunt, huc transcribere lubet contenta, sub No.*  
 56. ad an. 1629 quae *MÜLLERVS* exhibet verbis  
 quae sequuntur: Ita secundum §. 1. 2. *Bleibet das ganze Für-*  
*stenthum an Land und Leuten &c. gemein, und ungetheilet, die Ad-*  
*ministration und Regierung wird den aeltesten Herrn Bruder auf-*  
*getragen und überlassen. Porro §. 3. continet Des aeltern Herrn*  
*Bruders Vorbehalt die Landes Regierung und Hoffstatt, nach dero*  
*Belieben wiederum auf und an den andern zu übergeben In §. 4.*  
*firmatur die Communication mit den übrigen Herrn Brüdern in*  
*allen wichtigen Sachen etc. §. 5. describitur der verglichene Cantz-*  
*ley Stylus &c.* Exinde igitur sole meridiano clarius patet,  
 seniore fratrem tunc viuentium ducum Saxoniae officium  
 praesidii totius stirpis Ernestinae obtinuisse, et simul potesta-  
 tem statum publicum, suo et fratrum nomine, administrandi,  
 in caussis autem grauioribus, cum iuniorum fratrum consilia-  
 riis communicandi, et per maiora concludendi, nec non  
 omnia publica totius territorii negotia expediendi, eodem  
 modo, vti antea coniunctim fecerat. Praefecturae vero *Ol-*  
*disleben* nulla fit mentio, quoniam demum in sequentibus

seniori domus Ernestinae, ceu praecipuum aliquod emolumentum, concessa fuit. Hocce directorium, nomine principatus et regiminis insigniri solebat, ac, secundum illius aevi vsitatam praxin, competebat vni cuique fratri aut agnato aetate seniori, sine distinctione vel praerogatiua lineae.

## §. II.

*Vltior illius, per pacta, declaratio ac amplificatio.*

Suscepta, post institutum hunc senioratum, prima vice terrarum diuisione, in linea Saxo-Vinariensi, anno praeteriti saeculi XLI. perplura iura manebant communia et indiuisa, quae tunc, pro potiori parte, obiecta huius directorii seu senioratus efficiebant, prout testatur erectus de hac diuisione recessus, inter fratres *Wilhelmum* ducem Saxo-Vinariensem et *Ernestum* ducem Saxo-Gothanum, *Gothae* XII. Sept. clolcXLI §. VI. et XI nec non illius extractus, apud MÜLLER l. c. ad an clolcXLI No. 80 In modo memorato recessu fraterno concluditur porro, vt iam citatum directorium vim suam ac potestatem, quoque super terras dictis fratribus in posterum obuinentes, se se extenderet, sicuti et per hocce pactum director seu senior potestatem consequeretur, causis grauioribus solum exclusis, expeditiones solus subscribendi, communi tamen fratrum et agnatorum nomine. In his posterioribus contra, expeditiones ab omnibus ducibus subscribi et sigillis confirmari debent, quem in finem communem consiliarium constituere placuit, cui ex omnibus particularibus regiminibus peculiaris consiliarius adiungi, nec non communis registrator ordinari et ambo consilarii, tam communis quam particularis, vna cum registiatore, communibus sumtibus ali debent, pro vt disponit *Recess.* citat. §. VII. et VIII nec non *Extract.* MÜLLERI l. c. Ad eo melius et sine incommodo aut damno autem ferenda onera huius directorii, Senori iunctiueque, ad totum vitae spatium, per §. 13. dict. *Recess.* et *Extract.* ap. MÜLLER: l. c. assignabatur vsusfructus praefecturae

eturae

Curiae Oldisleben, vt pote quam, teste *Joh. Seb. MÜLLERO* in *Annalibus Saxonis, Fridericus Wilhelmus*, Electoratus Saxonici administrator an. *clōlcxcī* a *Brunone Comite de Mansfeld* emerat. Anno porro *clōlcclvii* per speciale pactum XVIII. Iul. inter saepius adductos fratres *Wilhelmum Vinariensem* et *Ernestum Gothanum* conclusum, mutatio quaedam, ratione partium et iurium communium, facta, ipsum autem directorium seu senioratus in suo mansit vigore. Extat hoc pactum sub titulo. *Punctationes worüber die durchlauchtigsten Fürsten und Herrn Herr Wilhelm und Herr Ernst Gebrüdere Herzogen zu Sachsen, nach gehaltenener Deliberation, sich nachfolgender gestalt freund brüderlich vergleichen: Weimar den 18 Iul. clōlcclvii* et *Extractus illius apud MÜLLERVM l. c. ad dict. an No. 115.* Pertinet et huc suo modo *Recess. zwischen Herrn Wilhelm und Herrn Ernsten Gebrüdere Herzogen zu Sachsen die erbliche Theilung der Grafen und Herren wie auch Führung des Directorii und andere gesandtschaftlichen Puncta betreffend, sub dato Weimar d. 18. Iun. 1657, cuius extractum exhibet idem MÜLLERVS l. c. ad dict. an No. 114.*

## §. III.

*Quae per recentiora pacta de super ordinata.*

Mortuo *clōlcclxii*. *Wilhelmo Duce Saxo Vinariensi* Senioris officium peruenit ad *Ernestum* fratrem ducem Saxo-Gothanum, sub quo anno *clōlcclxviii*. I. Mens. Febr. circa praefecturam *Oldisleben* nouum initum pactum, inscriptum *Fürst vetterlicher Reccess über das Amt Oldisleben*, am I. Febr. *clōlcclxviii*, et apud *MÜLLER l. c. ad dict. an No. 179* sub rubr. *Original et copia Reccessus zwischen Gotha und Weimar die alternierende Abtrehung des Amtes Oldisleben und andere davon dependirende puncta betreffend, sub dato I. Febr. clōlcclxviii.* Vigore huius conuentionis, vni cuique seniori superioritas territorialis huius praefecturae, et administratio iurium saecularium et ecclesiasticorum, conceditur simul-

simul-

simulque sancitur, vt mortuo vnoquoque Seniore illius haeredes, per integrum anni spatium, in possessione huius praefecturae et perceptione illius reddituum cameralium maneat et elapso demum anno, successoriter iterum liceat arripere possessionem simulque, secundum formulam, in modo memorato *Recessu* de an c1010c1xviii. I. Febr. §. 1. 2. 3. 4. et 5. determinatam ac praescriptam, a subditis homagium exigere, quae quidem formula dein, per *recessum* XVIII. Aug. c1010cxci inter duces Saxo *Coburgensem* et *Meinungensem* instaurata et occurratius paulo fuit declarata. In pacto autem XXXI. Mai. c1010cciv de sessione et praecedentia, inter *Wilhelmum Ernestum* Ducem Saxo-*Vinariensem*, *Johannem Wilhelmum Isenacensem* et *Fridericum Gothanum* inito, inter alia de senio serenissimae gentis Ernestinae ducum Saxoniae disponitur, apud MOSERVM in *Staats-Recht* Tom. XXIII. p. 362. sequentem in modum.

1) *Ob wohl in und auffer dem Fürstl. Hause so wohl unter regierenden als apanagierten Herren, nur gegen einander das senium und die davon dependirende, Praecedenz, samt allen andern iuribus allerdings wie es auch den Recessen im Fürstl. Saechf. Hause Ernestinischer Linie bis anhero gewesen insonderheit auch Herrn Herzog Bernharden das dermahl zustehende Seniorat und Haupt Directorium des Fürstl. Hausses ungeändert verbleiben solle,*

## §. IV.

*Directorii huius seu senioratus, pro potiori parte, sublatio.*

Tandem pluribus Serenissimae gentis Ernestinae ducibus placuit, directorium principale cum omnibus iuribus ac praerogatiuis, in perpetuum, salvo iure senii, tollere, vsum vero et emolumenta praefecturae *Oldisleben*, vti antea, ita et in posterum vnicuique directori et seniori, speciatim etiam *Henrico* Duci Saxo *Roemhildensi*, ad dies vitae relinquere, prout fusius declarant *Vergleichs Puncta wegen Aufhebung des bisherigen*

*herigen*



herigen Haupt-Directorii im gesamtten Fürstl. Hause Ernestinischer Linie und dazu gewidmet gewesenen Amte Oldisleben, quae vna cum illorum confirmationibus statim referendis, egregie, ac haud vulgari eruditionis apparatu illustrat, praestantissima commentatio, nondum tamen, quantum constat, typis impressa cui titulus.

*Untersuchung der Historie vom Closter und Seniorat Amt Oldisleben besonders der Frage ob die iura Senii in der Fürstl. Saechsl. Ernestinischen Linie, benebst den daraus folgenden genuss des Seniorats Amtes Oldisleben auch auf die Fürstl. Herrn Apnagiatos extendiret und devolviret werden koenne?* von E. A. C. St. H. S. H. R. Cap. VIII. §. 58. seq.

## §. V.

*Mutatio haec senioratus quando ac quomodo, facta?*

Decreta nimirum est haec mutatio, circa senioratum, in conferentia consiliariorum Saxonorum, ad instantiam et desideria Ducis Saxo Gothani Erfurthi congregata XVIII Mens. Decembr. clolcccvi. per vim pacti inter Serenissimos Duces Saxo-Gothanum, Vinariensem Isenacensem Roemhildensem et Hildburghusum. Hoc pactum, dein partim de nouo et vltius confirmarunt, partim accesserunt Ernestus dux Saxo Hildburghusum, specialibus litteris sub dat. Gothae VII. Mart. clolcccvii. Henricus Dux Saxo Roemhildens. non solum per peculiare litteras, datas Gothae XXIX. Mens. Maii. clolcccvii. sed et in speciali, cum domo Vinariensi XXI. Mens. Decemb. de Praefectura Oldisleben inita conuentione, Johannes porro Wilhelmus Dux Saxo-Isenac in litteris ad ducem Gothanum Isenaci V. Mens. Sept. clolcccvii. datis, nec non Fridericus Dux Saxo Gothanus in documento Duci Saxo-Vinariensi misso, sub dat. Gothae X. Dec. clolcccviii. Ast lineae Meinungensis et Salsfeldensis seu hodierna Coburgensis nunquam, expressis et claris verbis, consensum in hanc senioratus mutationem, praebuerunt. Quum tamen Salsfeldensis in speciali cum Gothano VI. Mens. clolcccxvii

X

concluso recessu §. IV. omnia pacta particularia, inter domum *Gothanam* et *Hildburghusanam* rata habuerit; exinde concludi solet; hanc Serenissimam domum quoque, hoc modo, tacite in recessum inter Duces *Gothanum* et *Hildburghusanum* c101000VI. circa senioratum, erectum, consensisse: Restat adeoque sola linea *Meinungensis* quae nunquam nec directe nec indirecte, hanc, circa senioratum mutationem, habuit ratam. Quam etiam ob causam sine dubio, permotus Serenissimus Dux *Antonius Ulricus Saxo Meinungensis*, gloriosae memoriae, titulum Senioris Serenissimae gentis suae, reliquis suis inferuit titulis, et iam antea frater eius senior, diu ante illum defunctus *Fridericus Wilhelmus* Consilio imperiali aulico, per speciales litteras indicavit se, post obitum *Friderici Gothani*, senioratum familiae sui obtinuisse, teste concluso consil. Imp. aulici in *MOSERI Auserlesenen Reichs-Hoff-Raths Conclusis* p. 421.

§. VI.

*Recentissima circa hunc senioratum, acta.*

Fatis functo, vt supra notavi, c101000LXXII. *Friderico III.* duce Saxo-Gothano, Serenissimus Princeps *Iosephus Fridericus* Dux Saxo *Hildburghusanus* apanagiatus, sibi vindicavit praefecturam *Oldisleben*, conscripta et edita eum in finem deductione, cui titulus: *Recht und Recessmaessiger Bericht dass die succession in den Genuss des Amtes Oldisleben denen apanagierten Herzogen der Saechsischen Ernestinischer Linie allerdings zustehet.* Quae vero, antypis sit impressa, non constat. Duabus absolvitur partibus historica et iuridica, quae posterior imprimis argumenta exhibet, pro iure modo memorati Serenissimi Principis *Iosephi Friderici*. Et se se opposuere quidem, Serenissimus Dux Saxo *Coburgensis*, nec non Serenissima vidua *Vinariensis* tutorio nomine filii sui primogeniti, tunc temporis adhuc defectu aetatis legitima laborantis, ast nihilo secius Serenissimo Duci *Iosepho Friderico* saepius citata praefectura *Oldisleben* fuit adiudicata, per conclusum consilii imperialis aulici die XXI. Mens. Ian. c101000LXXIII. Reperitur

tur

tur hoc conclusum in MOSERI *Reichs Staats Handbuch* de anno  
 1773. p. 211. seq. Ac licet Serenissima vidua *Vinariensis*  
 clariorem huius conclusi declarationem peteret; haec tamen  
 per vltimus conclusum dicti consilii imperialis aulici, die VII.  
 Mens. Augusti, eiusdem anni, ipsi fuit denegata, prout testa-  
 tur MOSER l. c. Ex praescripto tandem horum conclusorum  
 haeredes defuncti ducis Saxo *Gothani* duci *Iosepho Friderico*  
*praefecturam Oldisleben* adhuc intra annum reliquere, licet eo  
 elapso, demum, vi pactorum supra adductorum, eis incubuerit  
 dictam praefecturam successori cedere. Quo facto et Serenissimus  
 Dux *Iosephus Fridericus* a subditis honagium recepit. Ipsi au-  
 tem Senioratus nulla amplius facta fuit mentio. An vero in  
 controuersa hac caussa vltimus aliquid actum susceptumque  
 fuerit, reperire haud licuit. Sine dubio quietam reliquerere pos-  
 sessionem saepius citatae praefecturae *Oldisleben* Duci *Iosepho*  
*Friderico* qui se opposuerant ab initio Dux Saxo *Coburgensis*  
 et vidua *Vinariensis*, caeteri enim Serenissimae gentis *Ernestinae*  
 duces prorsus tacuerunt.

## §. VII.

## CONCLUSIO

Ast pedem hic figere iubet illa ipsa solemnitas quae huic  
 commentatiunculae ansam praebuit. Decreuit siquidem ordo  
 noster futuro die XXII. huius mensis *Februarii* Viris nonnullis  
 spectatae, ac post examina consueta, probatae doctri-  
 nae, praemia nauatae operae et virtutis, summos scilicet in phi-  
 losophia honores publice conferre, iisque iam ornatos denuo  
 renunciare. Inter illos quippe IV. ordine priores summos hos  
 honores diplomate publice proposito, iamiam, ex merito, con-  
 secuti sunt. Reliqui locati sunt, secundum depositionis et in-  
 scriptionis ordinem, apud nos inde a prima almae matris no-  
 strae origine vsitatum morem, vtpote non satis laudandum,  
 quoniam hoc pacto nec partium studia nec aliae viae obilquae  
 locum valent inuenire.

XII

CHRISTIANVS GOTTLOB WIRTH  
NUMBURGENSIS  
GVILIELMVS GOTTLIEB BECKER  
SCHOENBURGICVS  
THEODORVS THOMAS WEICHHARDT  
LEOPOLI-POLONVS  
MEDICINAE BACCALAVREVS  
CAROLVS GVILIELMVS HEINSIVS  
SORA-LVSAT.  
IOANNES GVILIELMVS WILDENHAYN  
LANGENHENNERSDORFFIO-MISN.  
LVDOVICVS GOTTHELF WILDENHAYN  
LANGENHENNERSDORFFIO-MISN.  
CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHENCK  
CROTTENDORFFIO-MISN.  
CHRISTIANVS GODOFREDVS HAVBOLD  
GRIMMANVS.  
AVGVSTVS ANDREAS GODOFREDVS MAERTENS  
EBELEHENS. THVR.  
CHRISTOPHORVS FRIDERICVS ENCKE  
GREVSLAVIA-LEVCOPETR.  
IOANNES LVNDBLAD  
HALLANDIA SVECVS.

Quo autem haec collatio maiori cum splendore ac solemnitate queat peragi, RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM ILLVSTRISSOS COMITES VIRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES, CIVES DENIQVE NOSTROS GENEROSISSIMOS PARITER AC NOBILISSIMOS, velint eam sua praesentia reddere splendidior, humanissime et ordinis nostri et nostro nomine rogamus. Singularem etiam hunc honorem ordo noster et candidati gratissima semper agnoscent mente P. P. in vniuersitate litterarum Lipsiensi Dominica *Estomili* A. R. S. c1010cclxxvi.

---

LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGENHEMIA.